Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26214
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tudinis exerit. p̄uisq; non mansuetudine sed auctoritate
contradicit. Unde plerumq; fit. ut aut humilitatis studium
helo rectitudinis deserat. aut rursum helum rectitudinis
turbet humilitatis studium qd̄ tenebat. cumq; seruari simul
& heli auctoritas. & ꝓpositio humilitatis n̄ possit sibimet
ipsi homo ex ꝑturbatione incognitus redditur. ita ut uehe
mentē ambigat ne apud seductū animū aut suꝑbia se auc
toritatē heli insinuet aut torpor pauidus humilitatē fingat.
Alius quanta sit fallaciē culpa considerans munire se arce
ueritatis decernit. ut ex ore ei⁹ iam falsus sermo n̄ ꝑdeat. seseq;
funditus a mendacii trāsgressione disiungat. s; fit plerūq;
ut cum uerū dr̄ uita ꝓximi grauet. cūq; ingerere alteri
lesionē metuit. ad hoc qd̄ dudū p̄sserat fallaciē uiciū q̄si
ex studio pietatis redit. sicq; sit. ut & si malitia mentē n̄
teneat in ea tam̄ ueritatis radium umbra mendacii obscu
ret. Unde & sepe. quia ꝑcontatus quisq; conticescere non
ualet. aut falsum dicens suā mentē trucidat. aut uera
loquens ꝓximi uitā grauat. Alius amore conditoris
excitatus a terrenis cogitationib⁹ mentē curat assidua ora
tione suspendere. atq; hanc in secreta intimę quietis se-
curitate collocare. s; in ipso suę orationis ascensu dū eleuari
ab infimis nititur. inferiorq; fantasmate ueuerberatur. atq; ad
intuenda lucē mentis oculus tenditur. s; ex corporeo usu
surgentib⁹ terrenorū imaginib⁹ obscuratur. Unde & fit plerūq;
ut intendentis animus ipsa sua infirmitate fatigatus.
aut orationē deserens desidia torpeat. aut si diu in ora
tione ꝑ manserit. ante ei⁹ oculos in portunarū imaginū
caligo densescat. Bene g̊ dr̄ temptatio est uita hominis